

IO: MARIA
NOVARIUS IC
DE
VASSALLORVM
GRAVAMINIBVS.
TOMI TRES.

DE VASSALLORVM
GRAVAMINIBVS
TRACTATVS

Quamplurimis Iuris Communis, Municipalisque san-
ctionibus plenissimè illustratus,

VARIISQVE SUPREMORVM SENATVM, PRÆCISE S. R. ROMANÆ,
& Regni Neap. etiam adhuc non impressis Decisionibus vtiliter decoratus, &
reconditis priscorum, recentiorumq; Patrum doctrinis quàm lepidè ornatus.

IN QVO DIVERSÆ, ET MULTIPLEX MATERIAE PONTIFICIAE,
*Civiles, Criminales, & Feudales quotidie occurrentes singulari methodo, maximo lus-
dicentium, docentium, & discendum, commoda perquam doctè enarrantur.*

IOANNE MARIA NOVARIO
I. C. LVCANO AVTHORE

IAM DVVDM IN PROVINCHS CAPITINATÆ, APVLLEÆ,
& Comitatus Molisij per S. Catholicam Maiestatem Auditore,

*Opus sanè multum insigne & elegans bonarum litterarum sectatoribus pulchra, & varia lectione refertum
nè dum secularibus, sed etiam Ecclesiasticis appimè necessarium.*

Editio nouissima à multis erroribus expurgata.

Cum Indicibus & annotationum, singulorum Librorum, & memorabilium rerum in Opere contentarum.



VENETIIS, Sumptibus Bertanorum, MDCLVI.
SUPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Admodum Illustri Dominō

IO. MARIÆ NOVARIO

I. C. LVCANO CLARISSIMO,

ET SEMPER CELEBERRIMO.

D. Ambrosius Celentanus Cathedralis Ecclesiæ
Vicanæ Archipresbyter.

L Inquite Pierides radianti vertice Colles
Tuque Iyram plectens, quæ Deus Antra colis
Ferte per immensum Terra pia Turba, canedo
Aurca dicta refert, qui nouus Orbe liber
Incluta Lucani mites lucubrata per horas.
Præclari legum lumine scripta, Viri.
Ægeria Doctus Cæli, quæ fulget in Arce
Iuris hic abstrusas indicat, Alta, vias
Quæ subeant populi iustus, quæ munia Princeps
Subditus, obseruet, quæ benè facta, Duces
Consulit oppressis, nimium, vtraque grauat
Crimine quod renouat sensu Tyrannus, onus
Iustitiam, facinus, quam nunc mortale repellit,
Dat facilem facile visere posse, modum
Mira docet, panditque simul, quæ pulchra latebant
Exuperat studijs, qui vixere, prius.
Portentum, quæ iura sinant, quæ facta recusant,
Et quæ sit recti semita vera, pater,
Iudice Ite, nullos tetigit clementia fontes.
Nec quisquam falso tristitia damna, tulio
Rexisti vigilans Lucretia sceptræ benignus
Auditor, Trabea dignus, vt inde regas.
Diuinum scriptis, felix per sacula nomen
Fausio præcunctis omni curat, opus.





I O. M A R I A E N O V A R I I
 I . C . L V C A N I
 D E G R A V A M I N I B V S V A S S A L L O R V M
 C O M P E N D I O S V S , P R A C T I C A B I L I S ,
 Q u o t i d i a n u s U t i l i s , & F e r t i l i s .
 T R A C T A T V S .

S Y M M A R I V M .

- 1 **A**U^THOR Habet semper animum iuvandi op-
 pressos , pro quorum utilitate plures edidit
 Libros .
- 2 Generalia sunt praemittenda .
- 3 Generis cognitio speciei cognitionem praecedere debet .
- 4 Magis universale est loco generis , & minus universale lo-
 co speciei .
- 5 Auctori in hoc Opere praemittit praeludia , & deinde ad spe-
 cialia materia devenit .
- 6 Breviszxi qualiter sit consulendum .

P R O E M I V M .

HVIMVS Semper voti animumque
 habuimus (si non factis scriptis sal-
 tem) oppressos iuvandi ; patet enim ,
 nam inter caetera a Nobis in Legali
 scientia impressa Opera Electione ,
 & Variatione luculentam tractatio-
 nem iamdiu pro miserabilium Per-
 sonarum favore , ad ornatum Text in Latinic . C . quand .
 Imper . inter papill . & via . & Constitut . Regni Statuimus , de
 Magistr . Iustitiar . in adolescentia promulgauimus , dein-
 deque maiori cum apparatu in secunda editione re-
 nasci voluimus .

Ad quorum pariter iuamen integrum de privile-
 gijs ipsorum Tractatum deinde edidimus , miserisque
 debitoribus aere alieno oneratis , oculos undique
 habendo (quos pauperum sub nomine venire no-
 bismetipsis persuasimus (de datione insolutum ad in-
 terpretationem Auth . hoc nisi debitor , C . de solut . opuscu-
 lum lucem videre conati sumus contrahentium ; & si-

milium animarum facies lauare intendentes de incer-
 tis ; & male abiatis compilationem aliam exaravi-
 mus .

Cumque in Vassallorum Releuamen particularis
 Tractatus de ipsorum Gravaminibus desideraretur ; il-
 lumque maxime necessarium fore perspeximus , eius-
 dem materiae explicationem ad subditorum utilitatem
 ad Baronumque conscientiarum exonerationem ; li-
 benter quidem ex corde ecc . iam aggrobimur .

Faxit (Deus) hanc nostram rectam intentionem ali-
 quos bonos , maturoque fructus erogare (de quo non
 veremur) si iuxta hic scripta vtilis Terrarum Domini
 se gerant , eorumque Aduocati sic consulant . Iudices
 que taliter iudicent , Confessariique ita praticari
 faciant .

- 1 Sed quia operapretium sane futurum passim opti-
 mi quique disciplinarum sectatores obseruasse videtur ,
 ut Tractaturi de aliquo subiecto per pauca generalia
 ad eiusdem enucleationem praemittere soleant .
- 2 Cum generis prius , quam speciei requiratur cog-
 nitio , & magis vniuersalius notio minus vniuersalium
 cognitionem antecedit ; nam magis vniuersale vti ge-
 nus primum locum obtinere , & vniuersale loco
 speciei subsequi debere , communi calculo apud omnes
 receptum est .
- 3 Ideo (Diuino fauente Numine) ad maiorem , & co-
 modiozem huius nostrae materiae enucleationem , & in-
 telligentiam (ne a consueto discedere videamur) non
 nulla praecognoscenda : paucis praefati Praeludijs ante-
 quam ad particularia descendamus ; serio quidem ar-
 bitrati sumus , & deinde singulatim per diuersa capita
 solita , vel que possunt insigi grauamina methodico
 apparatu ex iuris communis , municipalique sanctio-
 nibus , supremorumque totius Orbis Tribunalium ar-
 restis , & antiquorum , retentiorumque Patrum reco-
 ditis

ALLEGATIONES IN IVRE

Eruditissimi V. I. D.

FRANCISCI SEVERINI

ROCCÆ MONFINE.

ARGVMENTVM.

Donator in donatione potest apponere quodcumque pactum, legem, & conditionem. Primus donatarius non potest præiudicare secundo loco substitutis, & vocatis. Filius an præsumatur heres patris. Quando filius teneatur habere ratum factum patris, & pro eo teneatur de emptione. Additio hereditatis an præsumatur, & quomodo probanda. Testes debent deponere super facto, non super iure. Articuli debent continere factum, & non ius. In Articulus iuris non datur terminus.

S V M M A R I V M.

- Donator potest in donatione adijcere quodcumque pactum & legem n. 1.
- Rei sua quilibet est moderator, & Arbitrarius n. 2.
- In re sua quilibet potest apponere legem quam vult n. 3.
- Donator in contractu donationis potest substituere, & fidei committere n. 4.
- Tenor inestitutis est attendendus n. 5.
- An vocatis in emptione possit præiudicari, & quid per primam acquisitionem n. 6.
- Substitutis in donatione an possit præiudicari n. 7.
- Rei subiecta fidei commisso non possunt alienari n. 8.
- Falso casu substitutionis vocati datur ius vendicandi n. 9.
- An filius teneatur habere ratum factum defuncti patris n. 10.
- Filius si non est heres patris non tenetur de emptione pro re alienata per patrem n. 11.
- Filius, ergo heres n. 11.
- Filius dicitur heres suus, & necessarius patris, quia, sine re, sine suo volit cogitur adire n. 13.
- Filius de iure pretorio habet ius abstinendi n. 14.
- Idem de Nonarij, Tomus Tertius.

- Filius, qui se non immiscet hereditati paternæ, potest perpetuo abstinere n. 15.
- Hereditatis aditio an præsumatur n. 16.
- In Filijs an præsumatur aditio hereditatis n. 17.
- Quomodo intelligatur illud D. Pauli filius, ergo heres, non n. 18.
- Reus in exceptione est actor n. 19.
- In filio an requiratur aditio, & quid quoad creditores paternos n. 20.
- Additio non debet probari per actus agnoscitos, sed per actus certos, determinatos, & positivos n. 21. & 22.
- Aditio consistit in animo, & in verbis, & opere est probanda n. 23.
- Animus adendum quomodo debeat declarari n. 24.
- Qui sint actus positivi, & quibus probatur aditio n. 25. & 31.
- Testes debent reddere rationem sui dicti per aliquem corporis sensum, quo percipi possit res de qua agitur n. 27.
- Testes se referentes alicui scriptura, secundum illam deponere videntur n. 28.
- Testes deponentes per eundem præmeditatum sermonem, & verba non probant n. 29.
- Que patent ad sensum non egent iuribus allegatione numero 30.
- Testes debent deponere super facto, & non super iure n. 31. & 35.
- Testes non debent reddere tandem rationem cui dicto numero 33.
- Scire est per causam rem cognoscere n. 34.
- Articuli debent continere factum, & non ius n. 35.
- Quando articulus est iuris, non datur terminus n. 36.
- Testes debent deponere super facto, & non super iure, & per verba facti, & non iuris n. 26. & 35.



T presentis dubij veritas magis eluceat, breui verborum compendio nonnulla perpendenda præmittam, & primo est animaduertendū, quod donator in donatione per ipsam iura ad sanorem Ecclesie Sancti Sebastiani Terræ Marzani poterat quodcumque pactum & quamcumque conditionem adijcere l. in traditionibus ff. de pact. & toto tit. C. de donat. que sub modo, vel condit. sunt. Steph. Grat. to. 4. disceptat. forens. c. 769. n. 4. & seq. Scayn. dec. 29. n. 1. Nonar. questionum forensium lib. 2. n. 100. n. 2. & seq. de ratio est, quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter l. in re mandat a. C. mandati, & in ea potest apponere legem quam vult l. ob res ff. de pact. total.

Secundo est animaduertendū, quod donator in huiusmodi donationis contractu potuit substituere, & fidei committere